



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

CLV. Markgraf Ludwig der Römer verspricht nach seiner Rückkehr in die  
Altmark die Beschwerden des Stifts rücksichtlich der Pedellen und  
Landreiter zu erledigen, am 6. Sept. 1354.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

dabit in festo beati martini et in festo purificationis; Item nicolaus branden dabit VI. denarios eodem termino. Item groteman dabit III<sup>or</sup>. denarios eodem termino et VI. denarios festo beati martini; Item heyne faber ibidem V. denarios festo beati martini. Vicarius vero predicti altaris, qui pro tempore fuerit datus, vnam missam singulis diebus infra summam missam et chorum nostre ecclesie nocturnis diurnisque horis secundum consuetudinem aliorum perpetuorum vicariorum frequentabit. De prenarratis vero redditibus predictus vicarius assumpto sibi plebano, cui dabit III<sup>or</sup>. denarios, et vno sacerdote, cui dabit III. denarios, et duobus scolaribus, quorum quilibet habeat duos denarios, duas memorias cum vigiliis et missis ante predictum altare, vnam videlicet in crastino beate margarete virginis et aliam feria VI<sup>a</sup>. post diem beati nicolai cum II. luminibus, libram cere continentibus, cantando celebrabit. Illius altaris collatio ad dictos fundatores quamdiu vixerint pertinebit, quibus defunctis ad eorum filios legitimos deuoluetur et cum hi iura carnis exsoluerint, talis collatio transibit in filios legitimos eorundem: et si predicti fundatores sine filiis legitimis discederent, extunc proximus heres senior ex parte patris predictorum predictum altare semel et non plus deberet conferre. Hiis autem omnibus ab hoc seculo euocatis dicta collatio ad capitulum nostre ecclesie pertinebit. In huius rei evidens testimonium presentem litteram sigillo nostri capituli vna cum sigillis dicatorum fundatorum donauimus confirmatam. Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>. feria VI<sup>a</sup>. ante nicolai, in generali capitulo nostro, presentibus dominis pro tunc canonicis domino conrado de arnstede, preposito, iohanne de scepelisse decano, Conrado de buch preposito in sehufen, Conrado de Ostheren scolastico, iohanne de rokitz, olrico de eykenbardeleue, wenero de vincelberghe, iohanne de zanterfleue, magistro borchardo de bysem et quam pluribus aliis fide dignis.

Es sind zwei Ausfertigungen dieser Urkunde vorhanden, welche in der Schreibart etwas von einander abweichen.

**CLV.** Markgraf Ludwig der Römer verspricht nach seiner Rückkehr in die Altmark die Beschwerden des Stiffts rücksichtlich der Pedellen und Landreiter zu erledigen, am 6. Sept. 1354.

Nos ludwicus romanus, dei gracia marchio brandenburgensis et iulatie, — Recognoscimus publice per presentes, Quod cum honorabiles viri . . . decanus et capitulum ecclesie collegiate sancti Nicolai in Stendal nos informauerunt satis plene, quomodo budelli et equitatores terre nostre antique marchie intrarent eorum et Ecclesie sue bona, ipsa onerando, talliando et mandatum in eis illicite exercendo, ipsis decano et capitulo ecclesie predictae Promittimus bona fide, Quod dum primum ad partes huius antique marchie reuerteremur, Eos et eciam eorum (bona) per certa priuilegia nostra in meliori forma, qua fieri poterunt, exonerare volumus et debemus a vexatione talium et incurfu, dummodo litteris et priuilegiis antiquorum marchionum brandenburgensium diue recordacionis et fratris nostri senioris id doceant, quod illud ipsis a predictis principibus sit concessum. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Stendal anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo quarto, feria sexta ante diem natiuitatis sancte marie virginis,

Das Original ist mit dem runden, einen einfachen Adler enthaltenden Siegel mit der Umschrift Secretum Ludowici Romani Marchionis Brandenburgensis versehen.